



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans

Kinckius, Matthias

Coloniæ, 1662

De Missis votivis S. Mariæ & aliis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46628)

5. Si in Quadragesima & Quatuor temporibus occurrat Vigilia, dicatur Missa de Feria cum commemoratione Vigiliæ.

6. Tempore Paschali non dicitur Missa de Vigilia, nisi in Vigilia Ascensionis, quæ tamen non jejunatur, sicut nec Vigilia Epiphaniæ.

DE MISSIS VOTIVIS S. MARIE
& aliis.

IV.

1. In Sabbatis non impeditis festo Duplici, Semiduplici, Octava, Vigilia feria Quadragesimæ, vel Quatuor temporum, vel Officio alicujus Dominice quæ supersit, in præcedens Sabbatum translato, dicitur Missa de S. Maria secundum varietatem temporum, ut sine Missalis ponitur.

2. In Adventu autem, licet Officium non fiat de S. Maria in Sabbato, dicitur tamen Missa principalis de ea, cum commemoratione de Adventu, nisi fuerint Quatuor tempora, vel Vigilia, ut supra.

3. Alii

3. Aliis diebus infra Hebdomadam, quando officium fit de Feria, & non est resumenda Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuerit impedita (exceptis feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, Rogationum, & Vigiliarum) dici potest aliqua ex Missis votivis, etiam in principali Missa, quæ vocatur Conventualis, secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatum, cum commemoratione Feriæ, de qua factum est Officium. Quæ tamen Missæ, & omnes aliæ Votivæ, in Missis privatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die Officium non est duplex, aut Dominica cum commemoratione ejus, de quo factum est Officium, & commemoratione item Festi Simplicis, si de aliquo occurrat eodie fieri commemorationem in Officio. Id verò passim non fiat, nisi rationabili de causa. Et quoad fieri potest, Missa cum Officio conveniat.